Brzolski tenetur Buchowska

Comparens personaliter coram officio [illegible]

[illegible]

[illegible]

Actum in Castro Premislien

Feria quarta post Dominicam Quadragesimalem Letare proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo secundo, Coram Generoso Alberto Luchoslawsky Gladifero terrae vicesuffragato, Causarumque offitij Judice, Dobrogostio Zapolski Nottario Castrensi Premislien officio et Actis,

28/III

Harborth tenet Zamoiscky

Comparens personaliter coram officio [illegible] Joannes Harborth [illegible]

[illegible]

et eius successoribus legitur. Summa Ducentorum, et Octuaginta florenorum
pecuniae communis, mon. et numeri in regno currentis, certi, veri, liquidi, mu-
tui, atque essentialis debiti, tenetur esse debitus. Quam quidem summam in-
scribit se eidem Zamoyscii, hinc pro die festi Conversionis Sancti Pau-
li Apostoli proxime venturo, dare, persolvere, realiter et in effectu, circa
officium, et acta praesentia, in Castro Premisliensi exponere, reposita non
exfidentibus, sub vadio similis summae Ducentorum, et Octuaginta
florenorum pecuniae communis, mon. et numeri polonicalis. Quod vadium in
defectu persolutionis, summae eiusmodi essentialis, mox eadem die supe-
rius assignatae, nullo dicto cuiusvis iudicii, aut officii interveniente,
solummodo virtute inscriptionis praesentis, in summa essentiali et ca-
pitali debitum, videlicet Quingentorum et sexaginta florenorum pecuniae
communis convertetur. Hoc idemque vadium, simul cum summa essentiali
innuitur, in et super ipsius recognoscentis omnibus bonis, mobilibus
et immobilibus, ac summis pecuniariis, ipsi in bonis quibuscumque per-
sonas, modo quocumque inscripti, et non inscripti, ac ubi-
cumque quovismodo habitum, et habendum, extendetur, extendique eo facto
dicitur. Inscribitque praenominatus recognoscens se, cum successoribus suis, in
et super bonis suis habitum, et habendum, inscriptionem praesentem, ex his Actis
Castrensibus, ad acta Terrestria Premisliensia, aut decursu unius anni tuae
ferre et transportare, sub vadio Ducentorum, et octuaginta florenorum
pecuniae communis, mon. polonicalis, ad solvendum de facto succumbere, pro
quo quidem vadio, cum summa essentiali innuitur. Tum alio scorsinio va-
dio, ex quaenque re et causa transgressus. Quoties se praenominatus reco-
gnoscens, cum suis successoribus, eidem Hieronymo Zamoyscii, vel eius
successori citare permiserit, totus a pallatiatibus, tribus dictis, ac
iuribus suis quibusvis propriis, et competentibus, coram praesenti
Castrensi Premisliensi officio. Cui se Cactus praesentis respectu cum suis omnibus
bonisque suis omnibus subiicit, et incorporat, semper in primo citationis
termino, tanquam peremptorio, stare parere, iudicare, vadioque praefato
cum summa essentiali innuitur. Tum vadiis aliis scorsinis, limitis
et solutis, utique inscriptioni praesenti, et omnibus, in ea contentis,
a officio illo non recedendum, sub alio, et speciali vadio, totus quoties opus
fuerit satisfacere, et dictum pati, tenebitur, et tenebuntur, nullo
terrestri praescriptione in praemissis obstante, Terminum ipsum, et sa-
tisfactionem praemissorum, et aliis subsequentibus causis terminos, nullo diffugiis iuris

legalibus quibusvis impedimentis. Evasione iuratoria de ignorantia
processus. Intempestiva positione citationis, seu omissionis correctionis pro-
cessus minorennitatis, dilatione pro maiori ad Quietationem, Emictorum, mu-
nimen quaevis. Tum poenis trium, et ter trium Marcarum pecuniae, vera
vel simplici infirmitatibus, litis, bellis, dictis quibusvis Regalibus
Conventionibus, Evocatione de tua et dicta absentia a regno, interregno,
Servitio et negotio quovis, Incursu hostium, Anna pestifera, aliisque
omnibus et singulis dilationibus de iure communi comedi solitis abrenun-
tiantibus, et se cum successoribus omnibus iuris remediis abscribentibus. Tum quoque
praescriptionibus, et Evasionibus, fatalibus iuris, et causae non prosequuntur,
Conversiis et allegationibus, statutis novis, vel antiquis, iuris
Motionibus, Appellationibus, earumque universis prosequuntur, evadendi et
subterfugiendi, sui et suorum successorum, sub quaestione tocius causae,
Nulla praescriptione Terrestri, diuturnitate, et taciturnitate temporis,
abusu inscriptionis praesentis in praemissis obstante.

Eidem inscribunt se Intercisam tenere.

Comparens Personaliter, coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitalibus Premisliensibus, Generosus Joannes Herbortz de Tulstin, filius le-
gitimus, olim Magnifici Joannis Herbortz, de eadem Tulstin, Castellani
Zelzensis, ab una, Et Nobilis Hieronymus Zamoyski, filius olim No-
bilis Wassil Zamoyski, ab altera partibus. Recedendo quilibet illorum
a tribus dictis, iuribus, iurisdictionibus, ac foro quovis proprio et com-
petentibus suis renuntiantibus, seque cum bonis, et successoribus suis, Iure anni
et iurisdictioni praesenti, plenarie incorporantibus, mente et corpore sani existentes,
publice, ultro per expressumque recognoverunt, et quilibet ex eis se-
orsim recognovit, Quia se cum successoribus, in et super bonis suis
omnibus habitum, et habendum. Unus alteri, mutuo et invicem inscri-
bunt et obligant, Intercisam certam, de data diei hodierne,
occasione certorum bonorum in villa Kiestrowycze, Tenute Pro-
minati Joannis Herbortz, consistentem, ipsi vero Hieronymo Zamoyski
per eundem in possessionem pacificam, et usum fructum tradit, ut se conscripsit
sigillis eorum obsignatis, et manibus propriis subscripsit. Cum omnibus
eiusdem intercisae conditionibus, punctis, clausulis, et articulis. Tam